



**Formularium Terminoru[m] seu Registrorum Nouiter  
Jmpressum [et] eme[n]datu[m]**

**Rom, 1511**

Reuocatio Procuratoris substituti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70641)

LXXII

Omnes & singulos procuratores suos per eum ad quosvis actus seu negotia sub quacunqz forma seu expressione verborum hactenus constitutos destituit penitus & reuocauit quamcunqz prætem per eum eis datam & attributam ab eis & eorum quomodolibet ab dicando & reuocando ac ad se reuocando & reducendo. Inhibens & interdicens expresse quantum potuit & debuit eis & eorum cui libet tenore presentis publici instrumenti ne de quibusuis bonis iuribus ratione & actionibus factis & negotijs actibus litibus seu causis quibuscumqz intromittere vel impedire seu de eis disponere seu ordinare quouis modo presumant sine ipsius domini substitutis licentia & mandato expressis. Protestans nihilominus qd quamtocius poterit presentem reuocationem & destitutionem dictis procuratoribus destitutis & reuocatis intimabit & notificabit prout intimat & notificat tenore presentis publici instrumenti. De & super quibus tc.

## Reuocatio Procuratoris substituti.

Omparuit te. Afferens se eiusdem procreationis mandati vi-  
gore vnum vel plures procuratorem vel procuratores loco sui  
substituendi eumqz vel eos reuocandum ac onus mandatum si-  
ue officium procreationis huiusmodi in se reassumendi totiens  
quotiens sibi placuerit & visum fuerit expedire inter cetera habe-  
re in mandatis. Quare omnibusaelioribus modo tc. & debuit ex  
certis rationabilibus causis animum suum ad hoc mouentibus  
prefatum magistrum. n. procuratorem alias per eum in huiusmo-  
di causa substitutum publice & expresse reuocavit. Afferens ab eo  
plenam totalem & omnimodam potestatem quam sibi in hac cau-  
sa prosequendi & defendendi quomodolibet attribuit atque con-  
cessit. Violensqz & expresse inhibens dictus magister. n. procurator  
prefato. n. procuratori substituto ne de huiusmodi procreationis  
officio ammodo se intromittat Aliasque & alia faciens prout &  
quemadmodum hec & alia in quodam publico reuocatione procu-  
ratorum apud acta cause huiusmodi instrumento per me presentis  
cause notarium tc.

¶ Tenor vero reuocatione procuratoris substituti apud acta publi-  
ci instrumenti unde supra tc.

Cider hanc formam & preinsertam confice  
instrumentum desuper.

Soc: tis Jesu Paderb.